diſſimulationem tantùm. Qvibus verbis videtur eos haud obſcure abſolvere ab Apoſtaſia à F. C. in hoc argumento, qvam alii eis imputaverant; cum in ea *utique non videatur ſatis evidenter diſtinctum inter gradus ſive modos communicationis quoad ejus actum primum & ſecundum:* Tantum abeſt, ut eos in Auguſt. Confeſſionem ipſam peccare dicat. Ergo & nos idem faciamus, cum noſtra quidem ſententia plusquam certò in A. C. contineatur, eorum verò non ſatis evidenter rejiciatur. Accedit 2.) *quod tandem cœperint remittere ac concedere quoad objectum ſacrificii & paſſionis, aut quod idem eſt, quoad officium ſacerdotale Chriſtum ſe revera evacuaſſe majeſtate divina, adeoq; qvoad ſtatũ oppoſitum paſſioni,* rea-